



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Liber Theologiæ Moralis, Viginti Qvatvor Societatis Iesv  
Doctoribvs Reseratvs**

**Escobar y Mendoza, Antonio de  
Lvgdvni, 1659**

VI. De mutua Magistri & Discipuli, &c.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41066**

*Examen VI. De Parent. cultu ad Mand.* 107

27. Peccant ne Principes assumentes ineptos ad gubernationem? Si omnino inepti sint, peccant grauiter, & ad restitutionem tenentur; si autem sint minus idonei, peccant quidem, sed minimè tenentur ad restitutionem.

28. Spectat ne ad Principes cura Sacrorum? Profectò ad ipsos patrocinium spectat, cura ad Episcopos. At residentia Episcoporum? Non pertinet ad Principes, curare tamen possunt, ut ea seruetur.

29. Quid de officiorum venditione, aut naufragantium, bonis? Officia lucrosa vendere non semper licet: nec bona naufragantium applicare sibi licet, nisi derelicta sint.

---

C A P V T VI.

*De mutua Magistri & discipuli obligatione.*

30. *Q*uidnam debent Magistro discipuli? Honorem, reue- §. 1.  
rentiam, obedientiam in pertinentibus ad bonos Obliga-  
mores. Debent item vacare studiis; & pecuniam à parentibus tio Dis-  
traditam expendere iuxta magistrorum voluntatem, vel iux- cipuli er-  
ta debitam dispensationem. ga Ma-  
gistrum.

31. *Quid Magistri?* Eorum peccata dissimulare non de- §. 2.  
bent, eos in literis promoueant, & eorum curam in pertinenti- Obliga-  
bus ad mores gerant. Plura sigillo sequenti, Interim Do- tio Ma-  
ctores tenentur ad multa. 1. Nihil docere contra fidem, aut bonos mores. 2. Discipulos ab aliis Doctoribus non auertere. 3. Diligenter studere, ut officio suo satisfaciant. 4. Stipendia gisti er-  
æquo maiora non exigere. 5. Captui auditorum sese accom- pulum.  
modare. Porò caueant ne Doctoratus insignia negent di-  
gnis, aut indignis conferant, aut male moratos admittant  
scholasticos, aut eos permittant, cum possint reprimere, suf-  
fragia indigno impendere, aut pro suffragio iusto, aut iniusto  
pretium accipere.

---

C A P V T VII.

*Praxis, circa materiam de parentum cultu ex Socie- §. 1.  
tatis I E S V Doctoribus.* Depare-  
tum &  
filiorum

32. *P*otest ne pater filiam cogere impuberem Monaste- oblige-  
rium intrare causà educationis; Potest, sicut cogere tione,  
puerum